ARCA FOEDERIS IN QUA TABULÆ BONÆ FIDEI.

&

ARA BENIVOLENTIAE IN QUA HOLOCAUMATA IGNE ARDENTIS

amoris ſuccenſa

LITANTUR ORNATISSIMO, PRÆSTANTISSIMO, DOCTISSIMO, HUMANISSIMOQUE, Viro-juveni, D. MARTINO PHRYSIO, Philoſophię Studioſo, Vale dicenti Argentinæ, & Illuſtri Tübingenſium Univerſitati Salve adparanti

ab

Amicis & Commilitonibus.

ARGENTORATI,

Typis IOHANNIS ANDREÆ.

M. DC. XXIII.

5 39

24.

Universitäts-
· München ·
Bibliothek

I.

Gallina *ut teneros pullos com-plexa tuetur:*
Sic nos ſuſtentat Chriſtus, amore pater.
Spiritus in forma deſcendit ab æthre colūbæ
Sanctus. Nempè typo gaudet & Altus avis.
Nexis pinguntur genij *talaribus aptè,*
Namq; minus fallax, at pia cauſa ſubeſt:
Quàm rapido properant volucres per inane volatu,
Ad ſua tàm velox Angelus acta venit:
Enſes diſpellit latronis, & arma retundit,
Noſtræ quæ fuerant arma parata neci.
Vade bonis avibꝰ, *ſtudij Phryſi aſſecla crebri:*
Prima, Secunda, *dein* Tertia *ducat* avis.

Fecit

Dilect. D. Collegæ ac amico

M. Paulus Vlricus, Daitingâ-Palatinus S.S. Theolog. Stud.

I I.

NOſtrę Argentinæ dum mœnia linquere tentas. (cet,
Quando Tubinga tibi tam veneranda pla-
Accipe ſupremo dictum mihi forſitan ore.
Dulcis amice PHRYSI fata ſecunda cape.

Amico ſuo ſinceriter dilecto.

F.

Ferdinandus Heindelius,
Poſonjenſis Pan.

I I I.

C*Edere viſnè* Phryſi,*dulcéſque relinquere* amicos.
Quid Martine Phryſi? *num meditaris iter?*
Nil ſupereſt igitur? votis *comitarier illis,*
Quam te nempè tibi debita quæ fuerant:
Nil? niſi fauſta tibi, niſi proſpera, lauta precarer:
Ergo tua Omnipotens *approperet ſtudia:*
Dignetur Magnus cœptis benedicere Iova:
Sancta comes tibi ſit flammea turma peto:
Hunc, oro defende, Hominum Rerúmque Repertor,
A manibus diris, ſalvus ut ire queat.

Quic-

Quicquid eris, certò ſemper tua *dicar* Imago
Alter ego *ergò* vale, *qui fueráſq; manc.*

In amoris monumentum hiſce perſequitur votis amicum (medullitùs dilectum) diſcedentem ab Argentina.

Ioh. Sebaſtianus Leyterſpergerus
Argen: Philoſoph: Stud:

IV.

NVper amor firmo ſocialis fœdere, Phryſi
Me tibi conjūgens, pectora noſtra ſubit.
Nunc abitus quodvis quaſi jus prædicit amoris
Solvi; jucundi nunc quoq; plurimū abit.
Ne, cave, candorem ſordens oblivio tollat,
Syncerus maneas, corde manúq; probus.
O utinam tantus ſemper nobis amor eſſet,
Quantus in Aeaciden Actoridénq; fuit.
Det De⁹, ut ſalvus, noſtris qui pergis ab oris,
Illuc pervenias. Semper ave atque vale.

Moris & Amoris ergò fecit
Iohan-Philippus Ridt, Argent.

V.

CVm jam conſtituas vogaſorum linquere terram
Jam Martine Phryſi, frater conjuncte, ſuavè,

 Teq;

Teq́; Tubingenſi claro ſacrare Lyceo,
Illud quò facias ſummo aſpirãte Monacha,
Corde precor magis atq; magis tibi ſit via fœlix, *(res.*
Atq; feras Muſas retrorſum in mente ſoro-

Honoris amoriſque ergo F.
Matthæus Graff. Lavingâ
Palatinus, Phil. Stud.

V I.

Fœd⁹ amicitiæ nunc linquis, nunc variáſq;
Nunc & abis Phryſi, dulcis amice mihi.
Quo tendas equidem ſcio, verùm cætera clàm ſunt
Eſt abitus certus, me latet at reditus.
Quãta tamẽ nobis fuerint, Martine, ſodalis,
Temporibus multis, fœdera amicitiæ
Scis: quę nec perdes, veteraſcere nec patieris
Quîs ſemel amiſſis, gaudia noſtra ſilent.
Fac modo permaneas nobis Martine fidelis.
Duret & in longas, hic amor uſq; moras
Quà potes ad ſuperos pro me tua vota refunde,
Proquè tuâ multus vota ſalute dabo.
Sis memor: & chari Comitis ne abſcedat imago:
Sis memor oro mei, ſum memor ipſe tui.

Sicut

Sic ſit, ſic maneat: Deus optimus atque ſupernus
Te regat & ſervet, dulcis amice, Vale.

Abiturienti in amicitiæ ulteriorem conteſtationem fecit.

Iulius Fridericus Perrennon,
Montbelg. Ph: Stud.

VII.

INtime cur geſtis ex hac diſcedere terra,
Cùm jam ſit temp⁹, pigro nos frigore lædens?
Me vocat hinc, ſtudijs ſuper æthera nota Tubinga,
Quiq; Tubinga tibi legũ moderamina condit.
Sic mihi non dubiam reddit diſceßio, mentē
Hinc ventis abeas frater precor alme ſecũdis.

Sinceræ affectionis Ergò appoſuit

Caſparus Straub / Laiphaimio-
Vlmenſis. p. t. Phil. Stud.

VIII.

QVod cupias terra noſtrâ diſcedere conſtat,
Sedulus atq; alibi doctis incumbere Muſis.
Hæc tua me fratrem reddit diſceſſio triſtem
Subtriſtem; tamen opto viam de mente ſeſecundam.

Iohannes Emanuel Holtzvvardt, Teningâ Briſgoius Marchicus. Phil. Stud.

VIIII.

O Martine Phryſi, *nunc uſu cognite longo*
Cujus amor nobis pignora multa dedit.
Quæ (quia de rivo non flumina magna petuntur)
Offero diſparibus condita verba meis
Verſibus, at quæris? Dominus tua cœpta ſecundet
Utq́ viæ longæ ſe gerat ille ducem.
Hoc quod ſi factum captâro fortè per aures
Janua lætitiæ ſtabit aperta meæ.

Diſcedenti votivus fecit
Iulius Fridericus Theuenotus,
Montisbeligardenſis Ph. Stud.

FINIS.